Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



154

mea. Hic autem iuuenis eum dilexit eum et dixit illi. Vnum tibi deest.
Honestpiandus homo iste et uoto temptantis ut quidam
putauere dnm interrogasse de sua esse uita meruisse. cum
se legis mandata custodisse dicebat s; simplicitate ut uixerat
esse confessus. et si mendacii aut simulationis nota reus
teneretur nequaquam iuuenis archana cordis eius diligere dice
retur ihc. Diligit enim dns eos qui mandata legis quamuis mi
nora custodiunt. S; nichilominus que in lege minus fuerant
his qui perfecti esse desiderant ostendit. et non uenit soluere legem
aut prophetas s; adimplere. ad quam profecto adimplectionem pe
net quod hic consequenti adiungit. Iade quecumque habes uende
et da pauperibus. et habebis thesaurum in celo. et ueni sequere
me. Quicumque perfectus esse uoluerit debet uendere quicquid habet
et non exparte uendere sicut ananias fecit et saphyra sed totum
uendere. Cum uendiderit dare debet omnia pauperibus. et sic
sibi preparet thesaurum in regno celorum. Nec hoc ad perfectionem
sufficit nisi post contemptas diuitias saluatorem sequatur id est
relictis malis faciat bona. Facilius enim sacculus contempnitur
quam uoluntas. Multi diuitias relinquentes dnm non
sequuntur. Sequitur autem dnm qui imitator eius est. et uestigia
illius graditur. Qui enim dicit se in xpm credere debet quomodo
ille ambulauit et ipse ambulare. Qui constatus in
uerbo abiit merens. Erat enim habens possessiones multas.
Hec tristicia est que ducit ad mortem. Causaque tristicie redditur
quod habuerit possessiones multas. id est spinas nascentes
et tribulos que sementem diuinam suffocauerunt. mmm
Et circumspiciens ihc ait discipulis suis. Quam difficile qui
pecunias habent in regnum dei introibunt. Discipuli autem
obstupescebant in uerbis eius. Claret quidem et qui hic